

mptos

POSTREMUS HONOR,
 qvem
NOBILISSIMI AMPLISSIMI QVE
VIRI
DN. JOHANNIS ZERNECKII,
 Consulis Reipubl. Patriæ meritissimi,
perbeatis Manibus
 placido pioqve obitu, 6. Augusti, A.O.R. M. DCCIII.
extincti,
Ipsò funerationis die,
 qvi in Dominicam X. post Trinit. festum incidebat,
exhibere voluit
GEORGIUS HENRICUS CZIMMERMANNUS,
 Thorunensis.



Armina Thespiadum lugubria prome, caterva,
 Cymbala, Pieriam pone lyram, atqve chelin:
 Abjice jam laurum, vesti Te fronde cupressi,
 Luctibus apta Tuis hæc magis arbor erit.
 Quantumvis fuerit summo decoratus honore,
 Parcarum tamen hoc nil fera triga facit.
 Nil claros facit illa viros, sapientia nil est,
 Exorare illam qvod queat, esse nequit.
 Carmina Thespiadum tristi modulamini avena!
 In lacrymas abeat, qvod fuit ante melos.
 Nam rapuere Virum tristissima fata, Thorunnam
 Qui juvit genio consiliisqve suis.
 Ecce! Thorunæ testatur gloria mundi,
 Qvod fuerit Consul providus atqve gravis.
 Illius idcirco lugent hæc mœnia fatum,
 Hunc sua deplorat maxima progenies.
 Non tamen eruptus nobis, sua qvippe per Urbem
 Undique fama manet, nec moriturus honos.
 Mors Ejus non mors, verùm reparatio vitæ est
 Perpetuæ, potius vita vocanda venit.
 Tempora nunc mala sunt, pax & concordia desunt,
 Bellum cuncta vorat, fataqve dira premunt.
 Undique sub cœlo statûs molimina nutant:
 Exilium patitur sanctaqve justitia.
 Ast membra Illius nigram conduntur in urnam,
 Spiritus in cœli culmine latus ovat.

THORUNII,
 EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS ET GYMNASIL.

POSTHUMUS HONOR

MUSICO

MORALITY, MORALISM

— 191 —

DR. JOHANNES DIERICKX

113915

Digitized by srujanika@gmail.com

This image shows the top edge of a book's cover. The material is a dark, textured brown, possibly leather or cloth. The spine area, where the cover is attached to the board, shows significant wear, with the surface layer rubbed off, revealing a lighter color underneath. There are also some darker, irregular stains and discolorations along this edge, particularly towards the center.